

1529 21. Martij

ad 1522 ad 1533 = 257 str. 281

125

Petrus Tomicki, Joanni Chocienski

37

Venerabilis domine frater in Christo charis-
sime. Scripsimus ad regiam maiestatem in ne-
gotio cuiusdam viduae patruelis sororis reveren-
dissimi domini archiepiscopi Leopoliensis, prout
ex literis sue maiestatis animadvertere et per-
spicere poteritis, ut non pateretur ab illa con-
tra literas ab aliquot annis illi ad vitam
datas, bona sua regia Laski, alicui alteri prae-
ter se ipsam redimere. Nam ut ad nos scri-
psit ipse reverendissimus dominus archiepis-
copus Leopoliensis, intelligimus dominum Geor-
gium Borowski aulicum aliquando maiestati
sue consensum esse nactum, ut hanc vi-
duam ex bonis prae nominatis exigere, data il-
li eius pecunia, tanquam nomine maiestatis
sue possit. Quae equidem res videretur nobis
et praeter dignitatem maiestatis regia, et praeter
modum equitatis accidere, si forte quid ad-
mittatur. Nam quod semel placuit concedi ali-
cui in privilegium, hoc rursus praeter causam
revocare neque equum est, neque Decorum. Quare
vos plurimum rogamus, ut maiestatis suae
animum et nomine nostro, et persuasione ve-
stra diligenti, ita ad eam rem concilietis, ut
et praenominata nobilis vidua ius suum ob-
tinere possit, et dominus archiepiscopus cau-
sam ob non servatas sorori suae literas que-

rendi

rendi non habeat, quo et vobis facietis rem
gratissimam, et vobis officioque vestro dignam.
Bene valete. Datum Cracovia die Dominico
Palmarum die 21. Martij.